



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

21 Census venditor, quando ad redimendum cogi possit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

est tamen quasi & nu. 89. & Graff. decis. 174. lib. 3. Graff. ea decis. 118. numer. 23. aut. d. c. 118. nu. 21. vers. tertiaur. par. 22. Sexta ¶ conditio est, quod re censuali pereunte, pereat census in totum, vel in parte, ut ibi, re in totum, vel in parte pereunte, & quod re perempta, super qua impositus est census, perimii debeat census, probat Gemin. in l. 2. comment. 2. num. 63. C. de pac. interempt. & vendit. & Rot. divers. par. 1. decis. 757. num. 2. & non solum pereunt census perempta re, super qua fuerunt impositi, sed etiam pars eorum pro rata partis perempta, & hoc casu paria ¶ sunt, rem perire, vel infrugiferam fieri, quia utroque casu census perit. Navar. eod. com. num. 95. glos. 12, & videtur, quod tantum reddere debeat, quantum sit census, alioquin non satis diceretur frugifera, juxta materiam subiectam, juxta quàm verba sunt intelligenda, l. si vno, in princ. ff. loc. c. intelligentia. de verb. signif. & Navar. eod. com. n. 85. vers. octava quod res.

19 Quinta ¶ conditio est, quod licet census constitui posset ad certum tempus, ut usque ad annos quinque vel decem, aut ad vitam hominis, & contractus esset legitimus, & licitus ex sententia Inn. in cap. in civitate, vers. item si vè certus, de vsur. in censu antiquo hoc erat permissum, sed post dictam constitutionem Pij V. census licite fieri non potest ad tempus, sed perpetuo constitui, & assignari 23 debet, ita quod ¶ venditor nullo unquam tempore invitus ad redimendum cogi possit, ut in ead. const. ibi, ab invito, Cov. lib. 3. var. resol. c. 9. n. 4. Nau. in d. com. de vsur. n. 78. & n. 97. in fin. & Graff. 21 decis. 118. n. 22. par. 1. lib. 2. Nihil ¶ debitor census denunciaret emptori census redimere, & pretium illius restituere velle, quia tali casu, lapsis duobus mensibus, & pretio redemptionis non restituto, 24 potest debitor denunciator cogi ab emptore intra annum ad redimendum, quo tamen anno elapso, non potest postea cogi ad redimendum, nec repelli à redemptione, eò quod semel, aut pluries denunciaverit, se velle redimere, si intra annum à denunciatione non cogatur id facere. Navar. in eo. com. de vsur. nu. 95. gloss. 13. Nec potest apponi conditio, quominus quandoque census, ut post decennium, & non antea à venditore redimi possit, quia tunc emptor constituitur omnino certus de lucro ultra sortem, de fructibus eo tempore percipiendis, quo res vendita redimi non potest, contra mentem Apostolicarum constitutionum, Bal. cons. 487. lia. 1. & cons.